

Colloquium zu Wittenberg. August 1585
 Antiquarische Bibliothek. 1590
 Repetitio sana Doctrina Luth. de Cerfo
 na Christi et Coena Domini Praeside Doct.
 Jacobo Andrea Wettemb. 1580.
 M. Frederici Petri responsio ad Scriptum Bremensium
 adversus Collectores Epologo 1585.
 Oratio Georgii Jahn. Doct. Heidelberg. quomodo studiofus
 ad cognitionem veritatis perveniat
 D. Stimmellii Confessionis p. Johannem Ceyleru 1588
 Jacobi Jun. Wolffii hortulus primus. 1582
 Johannis Majoris P. parentatio Duci Electori
 Augusto. 1590.
 Gernardi Asseburgi Epitaphium Johanni Canonico. 1585
 ejusdem in Pauli Seidelii nuptias
 ej. in Erasmum Johannem.
 ej. in Jacobum Linstadum
 Simonis Mentii Savitas Vita Conjugalis 1576
 Camina Gratulatoria in Jacobu Lichtenhausen
 Castellanus alibi Episcopo in Magdeburg. 1579
 Werneri von Dyffel in Salzwedel 1579
 Johannis Sylvii Eyrani Sermone non unus
 August. 1522
 Luc. Bachmeiffen loci doctrina praecipui ex Am. 1-4. Post. 1590.

Liber Joachimi Stederj.



8.
I A C O B I
Z V C K W O L F I I
S E C V N D I
H E I L B R O N
N E N S I S .

H O R T V L V S P R I M V S .



V I T E B E R G A E
Typis Antonij Schön.

A N N O
M . D . L X X X I I .

JACOBI
NICKWOLFF
JACOBI
HEINRICH
KUNST

LEIPZIG

LEIPZIG
1750
M. G. WOLFF





AMPLISSIMIS VIRIS
CONSILIO AVTHORITATE
prudentia præstantissimis Dominis Con-
sulibus ac reliquis Phorcensium Rei-
publicæ Senatoribus Dominis
ac patronis plurimum
colendis.

Hucoris Aonijs locus acceptissimus
Herbis,
Floruit hic noster quò nouus hor-
tus, erat.

Præbuit Albis aquas, & aquis comiscuit vmbas,
Subq; vmbis & aquis, flos mihi creuit agri,
Hunc ego fasciculo collectū hic offero in vno
Paruus hic est primus, maior at alter erit.

M. Iacobus Zuckuolffius,
Heilbronnensis.



AMPELISSEMIS VIRIS

CONSEILLO AVTHORITATE

prudentissimis et doctissimis

hominibus et ceteris

magistris et ceteris

magistris et ceteris

collegiis

et ceteris et ceteris

Florum et herbarum

et ceteris

et ceteris et ceteris

et ceteris et ceteris

et ceteris et ceteris

et ceteris et ceteris

et ceteris et ceteris

et ceteris et ceteris



VIOLA

Rgo etiam VIOLAE sub imagine
vulnera Christi,
In fontemq; animam, & pendentia vi-
scera ligno:

Quas geminas vultu mentes & condat in uno,
Natura in binis monstrare coloribus audet?
Nunc & verbis natura illude superbis.

Est locus herbiferis qui fecundissimis hortis
Surgit, & alternis depingit floribus aruum,
Arua Palestini rastris exculta Coloni.
Hic per floriferas decurrunt flumina valles,
Et molli complent fragrantia prata susurro.
Suauibus ornatur redolens & amaracus herbis,
Lilia purpureis violis, Narcissus anetho.
Floribus haud loliu, caltha haud dominatur auena.
Nec nocet arbusto spinis paliurus acutis:
Sed (veluti Veris sub tempore frondibus auctis
In siluis volucres, si quando murmure complent
Littora, raucisonis concentibus athera mulcent.)
Dispositi spargunt campi per gramen odores,
Et suavi cerebri dulcedine ad atria rumpunt,
Sic & odore replent nares, leue murmur ut aures.

Hunc

Sed post fata viri, post secula pauca nepotes
Crescentes herbas, flores, & rura relinquunt,
Et famulis, & quos decoxerat ardor habendi,
Qui tantum ruris collecto fœnore gaudent,
Nec nova dispergunt eversis semina sulcis,
Nec fluvio recreant exhausta viscera terra.
Sirius ardentj reliquas furatur at æstu
Vires, Iessus queritur jam campus hiatu,
Qui solito possit recreare labore Colonus.
Paulatim, fissa desunt ut flumina terra,
Floribus ut lympha, liquor & fluvialis ut herbis,
Arescunt, horto lolium dominantur amœno
Infelix, spina, vimen, lacrimabile porrum,
Limosq; lacu crescit paliurus, & ulua
Nigrior Illyrica pice Dalmaticoq; veneno,
Perdit odoriferum latitantia semina florum.

Quas ad frondosos quondam sinxere racemos
Sponte domus volucres fugiunt, nec carmen ut ante
Fronde sub umbrifera fundunt, gutturis resolvunt.
Noctis amans Bubo ructus, variosq; ululatus
Effundit, campi latitans squallentis in ulua.
Omnia jam lugent, jam stat sine frondibus arbor,
Lapsaq; pallescunt folia, atq; colore dolorem
(Quem non voce licet) monstrant, horti q; Colonus,
Flu-

Hunc fertur quondam Iesseus pastor, amœna
Posthabita, coluisse, Salem, hic illius aruum,
Hic pecus, hic multo distent a lacte capella.
Hunc (si forte sinant labor, & pecus) ipse liquore
Frigat herbifero, fontesq; inducit amœnos,
Umbras falce premit, sterilemq; recidit avenam,
Et vires herbis reddens, & floribus undas.
Ne sus, ne reliqua ressecant qua dentibus herbas
Fortè fera, aut volucres positum qua semen acutis
Evolvunt pedibus, tutò per rura vagentur,
Stipitibus validis, duris & fustibus hortum
Vimine contexto munibat, & obice valli.
Horti opus omne fuit, fuit & labor omnis in horto.
Hic & coniunctis dum fata futura cicutis
Concelebrat, mala dum voluit presentis & sui,
Et calamo digitos aptat, mutatq; sonoro,
Venturam VIOLAM, longo post tempore natam
Cantat, odoriferas sua vis sonus exit in herbas.
Maiores meminit quoniam predicere Vates,
Ausonius Solymas hostis dum verteret arces,
Dum rutili, membris, corrupta per atria cœli
Venisset miseranda lues, & lethifer annus,
Jesse & VIOLAM, quondam qua crescat in horto
Venturam auxilio Solima, populoq; labantj.

A 3 Sed

Flumina qui sulcis dederat, qui floribus undas,
Arboribusq; novas vires, & vimina, lugent.
Harpyis jam monstra feris peiora Dracones,
Et qui squamosos Serpens se torquet & orbes,
Dirrapiunt horti fructus, & singula fœdant.
Hic dum perplexos saltu sinuatur in orbes.
Opprimit hos morsu, sinuosis nexibus illos,
Hos necat afflatu, quod miscet & ore veneno:
Floruit & quondam placidis ut floribus hortus:
Sic nunc humanis membris atq; ossibus albet.

At Deus aetherea dum singula lustrat ab arce,
Sacratosq; videt campos, & regia Iesse
Littora, squallenti hydrarum fœdata veneno:
Immemor haud fati, sortis non inscius horti,
Quæ fortuna videt, flores, ut flatibus actos,
Exagitet, fatis contraria fata rependet.
His tandem alloquitur verbis, sua lumina Natum.

Nate mee vires, mea sola potentia, per quam
Astra, salum, tellus, natura & rectior ordo
Stant, atq; æquatis inter se legibus urgent
Innatas vires, cœli motumq; trementem:
Aspice quæ facies horti? quæ forma? Draconis
Aspice florifera jaceant ut morsibus herba.
Flos ubi Iessæus? vitreis ubi rorida guttis

Stirps

Stirps VIOLÆ? Solymæ spes, vita & origo futura.
Olli lux, splendorq; satum de Numine Numen
(Sed sine matre) refert: Pater ò ter maxime rerum,
Interpres, verbumq; tuum quæ cerno, quod offert
Tempus (non tua quod latitent vel numina) fabor.
Quæ per sanctorum promisti oracula vatum
Tempora voluuntur, promissus & irruit annus:
Quam potes affer opem, (quoniã potes omnia) patri
Filius obsequia en tibi ad omnia surgo paratus.
Olli subridet pater, & simul oscula figit,
Oscula diuini spirantia flamen amoris
Panditur interea domus omnipotentis Olympi,
Præparet herbiferum Dijs immortalibus hortum
NUNCIVS en cælo venit, & loca nubila tranat.
Iamq; Palestinum volitans se vertit ad aruum,
Nā Lareasq; domos petit, & Galilæia rura:
Ut primum alatis tetigit nova littora plantis,
Omnia spinosis paliurus ut obruat umbris,
Limosumq; solum, steriles sine frugibus herbas
Conspicit, & virga (manibus quam fortè tenebat)
Cuncta premitq; aditumq; parat venientibus, & dū
Singula voluebat, tandem graveolente sub vna
Stirps VIOLÆ, ut primū licuit, caput extulit aure,
Tota virens, gravidas trudensq; è palmite gemmas.

B Con-

Continuò Iesse plantam cognovit & ortum,
Pupurea VIOLÆ, & dictis affatur amicis.

Salutatio
Angelica.

Regia stirps salve, salve ò stirps regia, salve
Quam sibi cœlorum rex & pater almus Olympi
In medijs spinis, fata inter acerba reservat,
Salve quam cumulo patriq̃, favoris adauget,
Salve florigera decus, & nova gloria, stirpis,
Salve qua vitam mundi, qua robur Olympi,
Quæ decus aligerum paries, stirps regia salve.
Nam veluti Solis lumen, radijꝫ calentes,
Omnia luciferi superant vaga lumina cœli,
Et vires reliquis præbent animantibus omnes:
Sic VIOLA & reliquis flores superabit odore,
Et qui vix, morbo corruptos, attrahit artus
Auxilio VIOLÆ tandem revalescet amena.
Dixit & æthereas rursus secessit ad ades.

At pater altitonans cœli qui præsidet arci,
Quod fouisse solet divino singula flatu,
Ut præsit VIOLÆ, mittit de numine Numen.
Aggreditur ferventis opus, curamq̃ colonj.
Principio removet (noceant ne) saxa, virentem
Radicemq̃, nova virtute, & viribus auget.
Crescentemq̃, fovet stirpem, nova flumina reddit,
Aspergens vitreas si quando postulat undas,

Divi.

Divinum lymphis miscet, roriq; calorem.

Sed stirps e fragili pendentes cortice guttas
Paulatim sorbet, viridem & conuertit in herbam.

En veluti pastor, rabiem qui nocte Leonum
Mordacesq; lupos fuste a praesepibus arcet:
Sic ne vel noceat rabies furibunda ferarum,
Squallidus, amenti vel qui latet, anguis, in herba,
Jam morsu caulem frangat, flatuue creatis
Misceat horrendum folijs, nigrumq; venenum,
Assidet, & crebro studio assiduoq; labore
Arcet, florigera campi florentis ab herba.

Interea accrescit, stirpisq; cacumina rumpit
Flosculus, & binis ornata coloribus offert
Corpora, crescendo qua sese viribus augent.
Aspicit ut geminos Numen sub flore colores,
Purpureum flavo mixtum flavumq; praebentem
Ceruleum, gemina, hac massa latet, (inquit) in una
Materies (si qua massa est dicenda Deorum)
Dijs sacra, qua sacro & divino lumine fulget,
Divinusq; calor, massam spiravit in istam,
Quem pater omnipotens. Propria est mortalibus &
Alter: sic hominum requiesq; decusq; Deoru (gris
Hoc sub flore latent, massam & junguntur in unam.
Dum qua sint vires cernit, dum singula lustrat,

Due in v-
na Chri-
sti persona
nature.

Miratur formam VIOLAE, miratur odorem,
Fortè sed herbifero UVLPES latitabat in horto,
Umbrosasq; sibi pedibus confecerat ades,
Hoc sceleris genus omne, doli genus omne, sub antro
Exercens, vita fraudem occultabat amica.
Dum fruitur raptis, & iam nova retia tendit,
En odor ex horto novus ut se misceat aura
Sentit, & insuetus ventus se naribus offert.

Infantiica
dium He
rodus.

Mox rabie feruens, tumidoq; furore calescens
(Namq; sibiq; suisq; timet) vaga torquet in horto
Lumina, & infrendens ferratis dentibus, ardet.
Egreditur, floresq; novos, quos obtulit hortus,
Dentibus horrifera premit, & cum caule recidit.
Et veluti bello, si quando ferocior hostis
Ingreditur muros vi, matris ab ubere raptos
Infantes ferro truncat, pedibusq; reculcat:
Haud secus in flores UVLPES furibunda recentes
Savit, & à teneris turbatos stirpibus horto
Dispergit, pedibus languescentesq; retundit.

Fuga
Christi.

At Deus & VIOLAM, caulemq; senemq; COLONIUM
(Namq; Senem Viola stirpiq; sub æthera Numen
Præfecit rediens, & opem promisit apertam)
Surripuit, placidis ubi se diffundit in agros
Nilus aquis, Cereremq; novis ubi viribus auget.

Tan-

Tandem ubi nulla quies, meta est ubi nulla furoris, Interitus
Herodis.
Jamq; dies, alterq; dies sub cordibus ignes
Auget, & ad varios impellit, agitq; tumultus:
En pater omnipotens sortem miseratus acerbam,
(Vidit enim fragiles corrupto cortice stirpes
Et lugere suos flores, Violamq; recentem)
Fulmine crudelis terret fera pectora Vulpis,
Mordacesq; vocat furibunda in corpora vermes,
Quæ rapidos artus, & saucia viscera morsu
Consumunt, epatis latitant dum sede sub ima.
Sic pestis Viola perijt scelerata sacrata.

Horrida crudelis tandem post funera Vulpis,
Immemor haud Viola, pater altipotentis Olympi Reditus
Christi.
Ad campos horti, viridi cum stirpe, reducit.
Hic reparat vires, hic tempus & auget odorem,
Vicinumq; solum folijs fragrantibus implet:

Vt primum sensere, ferus queis corporis artus Miracula
Christi.
Quassabat morbus, nullis medicabilis herbis:
Queis nec ab Oceano redeuntem cernere Solem
Nec discedentem licuit: Vix membra trahabant
Qui nixi baculo, pedibus junxere paratum
Qui truncum, & gressus aptata stirpe iuvabant:
Et quos vlla novi vexabat causa doloris,
Confluxere simul valido velut agmine facto

B 3 Ad

*Ad Violam properant, fragrantis odoribus & iam
 Quisq; suas reparat vires, & liber ab omni
 Morborum sanie validus sua tecta reuisit:
 Qui prius auxilio baculi vix ossa mouebat,
 Jam celer en proprio properat pede sanus ad ades.
 Lumine qui captus, rutili iam lumina cœli,
 Terrenum & miratur opus variosq; colores.
 Dulcisonos volucrum concentus surdus, apertos
 Dum complent campos, & vocibus æthera mulcent
 Miratur Violaq; sacre noua munera laudat.
 Dum sentit mutus laxari vincula lingue,
 Garrulitate noua vincit, natura probauit
 Quos multo eloquio verbisq; valere iocosis.
 Scilicet & Viola vi, lymphæ serena sub urna
 In vinum mutat a fluit. Dis efferus hostis
 Viribus & Viola cedit fugitiuus ad orcum.*

*Turba sa-
 cerdotum.*

*Interea querunt sibi dum sua pabula in horto
 Crebra Boves, quæis grande caput, quæis plurima
 Qui crurū tenuis à mento palearia fundūt, (cervix,
 Adueniunt, ima & verrunt vestigia cauda,
 Aspiciunt sterile ut languescat gramen in horto,
 Ut nimbus populi, Viola dum poscit odorem,
 Calcando prati flores, fructumq; retundat.
 Mugitu horrendo immenso, raucoq; boatu.*

Mox

Mox complent horti campos, nemus omne remugit.
Qualem cum Diuum sacras mactantur ad aras,
Incertam excutiunt valida & ceruice securim,
Clamorem horrendum suprema ad sidera tollunt,
Frondose ut silua reboent, & magnus Olympus.
Nunc inter sese crudelia bella minantur
Formose Viola, obnixi telluris & aluo,
Spumantes propria irasci in sua cornua discunt,
Ardentemq; iram sparsis è naribus efflant.

Audiit ut, cali qui tecta sub aethera figit
Ales Romani Iouis ardua murmura Taurum,
(Sive metu, seu sic voluit,) sua limina linquit,
Et mox horrifico lapsu de sede priori
Aduolat, immensis quatit & clangoribus alas.
Miratur furibunda boum, qua, cornua, torquent,
Miratur Viola faciem, miratur odorem.
Et tandem gestu Tauros (quia lingua negabat)
Alloquitur, Quae vos rabies? quis impius urget
Aut furor, insontem Violam, quae gloria campi,
Falce necare fera? Violam si ferrea tollet
Vis, mox septa ruent, nec erunt quoq; pabula Tauris,
Lanigerumq; pecus quæret sub sentibus umbras:
Nec fluet, ardenti quod iam recreare sub aestu
Septa solet, flumen, limosa sorde refertum

Pilatus.

Le-

Lethiferum pecudi sparget sub nocte venenum.
Rorida nam Viola de cælo pabula mittit
Dū pater omnipotens, immiscens imbribus umbras,
Quas poscunt, reliquis vires largitur & herbis.
Dixit, at interea magis intus ut aestuet ignis,
Insanusq; furor flammæ sub corde recentes
Exagitet, dum fortè videt, quæ caussa furoris
Quærit: respondent nil præter murmura Tauri.
Aduolat, & rostro frondem vix tangit acuto,
Divinos sentit, fragili sub palmite, odores,
Terretur, tauros, florem cum stirpe relinquit,
Effuso rostrum purgat modò fonte cruentum,
Et tandem ad cælos, pennis ablata, refugit.

Plebs. Ecce Boum multa rabie, scelerata Cantum vis
Mota, furore novo magnum glomeratur in orbè,
Unius in Viola exitium conuersa, cruentis
Dentibus infrendens, fauci prædamq; reposcit.
Nunc caulem pedibus torquet, nunc morsibus audet
Et folia & florem rabie tentare virentem:
Non secus ac latro surgit qui nocte dolosus,
In mediis siluis, nigra & sub valle viatorem
Aggreditur gladio, & nummos cū sanguine poscit.
At Viola horrendi jam saucia dente Molossi,
Dum nullum absentis sentit violata Colonj

Au-

*Auxilium, & vires fragili de stirpe fluentes
Arescunt, velutj ferro succisa furentj.*

*Ast aliud majus, Viola multoq; tremendum
Obijcitur, magis & languentia corpora turbat:
Sulphureo furibundus Aper nam lapsus ab Orco,
(Horresco referens) sparsis arsere coruscæ
Luminibus flamma, spumantes sanguine dentes
Exacuit, Violam aggrediens, incendia largo
Ore vomit, fumum & commistum sulphure fundit.*

*Jam Viola fractæ vires, jam aversa Dei mens,
Namq; rubens folijs pressis (mirabile dictu)
Liquor abit, salsus languescentesq; per artus
Sudor it, erumpunt mixto cum sanguine guttæ.*

*Sic rabie Taurumq; Canum furibundo ululatu,
Et flammis Apri Iessæi flosculus hortj
Uritur, haud ullis naturæ adjuta medelis.
En tegit ardescens radiantia lumina Titan,
Et cæco mundum jam lustrat, & aquora, vultu,
Ne Viola mortem ne tristia fata vel ipse
Cernere cogatur: disrupto viscere tellus
Demonstrat tristi condat quem corde dolorem.*

*Ille sed à cunctis suprema in sorte relicta,
Languescit moriens, & sparsum effundit odorem.*

C

ME-

MELISSA.

Libra dies solito cursu dum noctibus
aquat,
Aduersusq; Aries se tramite condit in
undas,

Et sese Autumnus calcatis sordibus uuis
Offert, ut validos aestatis mitiget ignes,
Rorifera pingit nebulasq; cacumina baccis
Graminis è terra caulem sine flore ferentis,
Solutus arenosas residebat ad Albidos undas
Daphnis, & insolito complebat rura susurro.

Daph. O fors, si qua tibi restat pia cura colonis,
Si tibi de mundi rebus datur ulla potestas,
Arbitrioue tuo frondescent vimina syluae,
Et novus è terra succrescit viscere culmus,
Herbarumq; iuvas caules, floresq; jacentes,
Ut fœnus fructumq; suum ferat inde colonus,
Rore novo recreas, aut vires viribus addis,
Quæ te causa movet, dic, quo te crimine lesi,
Ut me Leucoreo quaerere Melissa videtur,
Non modò per nostros jacent sine fœnore campos,
Nec mihi quasitis jam floribus augeat agros,
Sed penitus rauco quoq; conculcetur ab Hirco?

En

En sua commisit fracta qui semina terra,
Vere domum vacuum collectis implet aristis,
Arboribus placidos vicino è fonte liquores
Qui dedit, autumnis sub divite tempore dives
Poma legit, campiq; sui iam munere gaudet.

Est dubia Daphnis furibundam sortis ob iram
Dulciarura fugit, viridantis & arua Melissa.

Salve Leucoreo mihi culta Melissa sub horto,
Te locus & campus, sub quo succrescere primum
Sors dedit, extollit, cœli & super astra reponit.

Rore madet, floris teneras sub caule medullas

Qui iuvat, & foliis Phœbi languentibus æstu,

Grata per exiguas reddit sua pabula venas,

Aptus & est genti, quæ colligit undiq; campis,

Mellifluum rostro latit antem in flore liquorem,

Aptus & arboribus locus hic, locus aptus & herbis,

Et quæ pallenti crescit mihi flore Melissa.

Salve Leucoreo mihi culta Melissa sub horto,

Tu mea curarum cumulo, tu fluctibus auges

Pectora, & assidui remanes mihi causa laboris,

Nec me squallidior radix, haud digna Melissa,

Deterrere potest: Radix (mirabile dictu)

A Furia quondam vel terra infusa calenti,

Aut sanies terra, aut fœdi exhalat aper Orci

Fumiferas fauces, aut qui latet anguis in herba
Sudor, & à laeso veniens serpente venenum,
Aut si peius habet quicquam vel terra vel Orcus.
Salve Leucoreo mihi culta Melissa sub horto,
Non tua membra premāt tribuli, nec tristis avena
Ruris onus, Phœbum aut latis qui surripit umbris
Quercus ab assiduis quatiens sua brachia ventis,
Non tibi quæ spinis surgit Paliurus acutis
Vel noceat, vel quæ fumo maleolente colonum
Ledit, & ingratos per gramina spargit odores.
Absit & exugit rostro quæ triste venenum,
Dumq; nocet, reddit per spicula aranea tactu.
Et quodcunq; potest nostra nocuisse Melissa
Dijq; Deaq; vetent, ruris quibus ulla potestas.
Salve Leucoreo mihi culta Melissa sub horto,
Tu mihi, tu fragili quæ surgis caule, labores
Pinxisti, & fluxa metuenda pericula vitæ.
Non tibi forma valens, sed formam viribus omnem
Dum superas, donis forma tua damna rependis:
Nam quæ forma fugit tarda veniente senecta,
Haud tibi grata, bonum nunquam mutabile fatis,
Pro fragili reddis forma specieq; colono.
Dote placent alij forma folijsq; superbis
Sub campo flores, mea viribus aucta Melissa est.

Salve

Salve Leucoreo mihi culta Melissa sub horto,
Quam validas vires tribuit natura colori,
Quem tuus in teneris depingit flosculus herbis.
Te nimia fueram si quando luce secutus,
Mox Albis pater hoc imo sub flumine sensit,
Pallet Daphnis ait, palloris causa Melissa est.
Arrisere simul, lecta sub littore nympha,
Et satis aptus erit color hic dixere colono,
Erubui, in vultu quoniam mihi forte colorem,
Quem placide vidi quondam sub flore Melissa,
Albis ceu speculo mediis referebat in undis.

Salve Leucoreo mihi culta Melissa sub horto,
Dum licuit, vidi dum tempus & hora ferebant
Aërii mellis per pallida corpora turbam
Humentes legisse fauos, & dulcia dona.
Sol ubi squalentis pulsabat frigora bruma,
Et iam telluris referabat viscera verno
Lumine, coniunctis per littora viribus errant,
Iam flores sugunt, iam rorida flumina libant,
Iucundumq; operi carmen, noua murmura, miscent.

Ad nunc mōtanis latitans sub vallibus Hircus
Sordidus, hirsutus, raucus, duo lumina luscus,
Pondus iners terra, fruges consumere natum,
Iamq; flavescenti rodit mihi dente Melissam.

C 3

Ergo

Ergo vale quondā mihi culta Melissa sub horto,
Nigra tibi radix, radix scelerata nocebit,
Dum licuit nobis seruata es, Senior hirco
Iam cibus esto, tuum vocat hinc sors atra colonum,
Nunc vale Leucoreo mihi culta Melissa sua horto.

T V R T V R.

SI quæ fallaci ludunt vaga somnia
vultu
Divulgare licet, patulasq; referre sub
aures,
Fas mihi felices sit prodere Turturis usus.
Nox erat & stellis pingebant sidera cælum,
Oppositas Phœbus lustrabat lumine gentes,
Lunaq; jam rimas penetrabat luce patentes,
Ipse ego composito trado mea membra grabato:
Mox liquidus claudit fessos mihi somnus ocellos,
Et natura sagax fumos è naribus efflat,
Qui, posuit trabibus quam nuper aranea telam
Disrumpunt valida (deinceps sic vidimus) aura:
En Dea sive Dea prognata virago fidelj
Se clausis offert tenebrosa per atria ocellis.
Forma Deæ satis apta fuit, sed totus amictus
Addu-

Addubitare iubet, tandem sed forma Dearum
Me vincit: facie nec erat lasciva puella,
Nec mulier, nec anus, quam tardius undiq; rugis
Tempus arat nigris: Et erat tandem illa virago,
Et mulier rugis Et anus tamen absq; cavatis.
Candidus è toto pendeat corpore amictus
Pictus acu facili, partem sibi nobile primam
Ver tribuit, viridi pingit quod prata colore,
Hic vidi placidas ut nectat virgo corollas,
Imberbisq; puer consumat tempora lusu.
Aet ornat a novis pars altera stabat aristis,
Phœbeamq; facem simulant innexa metallo
Fila suo, validos fingit quoq; Syrius astus.
Sed post terga madens monstrat sua munera vite
Autumnusq; trabes vinosis complet Et vis.
Ipsa senex pendet postremo in margine bruma,
Et, quem sub calido collegit vase, tepore
Frigida membra fovet, vires è viribus ignis
Expectat, lignis Et flammam auget edaces.
En gemini comites vestigia pone sequuntur,
Murice clarus erat primisq; indutus Et auro,
Sordidus at cæno, membris Et squallidus alter,
Consutum tegmen fuerat lachrymabile no dis.
Sed TVRTVR Divæ sub pollice rite sedebat.

Ipsa

*Ipsa mihi tandem tenebrosa noctis in umbra
Visa loqui: Longis ne nunc ambagibus utar
Quis sum, quæ Dea, tu memori sub mente reconde,
Sum Dea quæ fidos vinculis coniungit amicos,
Nomen Amicitia memor & dedit inde vetustas,
Ne te vel facies, vultus, nec forma, nec ætas
Terreat, hanc dederat formam mihi rector Olympi
Haud frustra, iuvenes, facies iuuenilis adumbrat
Quos ego sub primo coniungo flore iuuentæ,
Barbigerosq; viros firmo, canamq; senectam
Ad sua busta sequor, capiens & membra sepulch-
Sed quæ sub picta cernuntur veste figura (rum
Veris & Æstatisq; Autumnii & frigida Brumæ
Corpora me semper iunctis mihi et omnibus æquam,
Esse docent, sortisq; ad qualibet acta paratam.
Et gemini comites quorum prior emicat, alter
Veste quidem miser est, sed gratus & alter ut alter:
Non mihi diuitias curæ, non plurima stulti
Dona Mide, sed corde fidem quæ crescit in imo
Commōstrant gemino & cuius sub tegmine pingūt.
Tandem quem manibus gesto, quem pollice Turtur
Sustineo, absentisq; & sit presentis imago:
Nam quidquid poscit, nature prouidus ordo,
Fædus amicitia sub Turture pinxit inermi,*

Sit

Sit tibi ceu speculum dilecti TVRTVR amicj.

Principio toto color est sub corpore simplex,
Versicolor nec pluma tegit, nec membra subornat,
Sed simplex fidas quæis nulla superbia cura est
Indicat & mentes, & corda carentia fuco.

Sit tibi ceu speculum dilecti TVRTVR amicj.

Nec movet & sonitus ceu garrula pica loquaces,
Sed gemebundus adest, gemitus cū murmure miscet,
Nec vult sua viloquis dictis quis fallat amicum,
Ne sibi ne reliquis noceat, nam sæpius ultro
Fallitur & fallit, cui garrula lingua ministrat.

Sit tibi ceu speculum dilecti TVRTVR amicj.

Non parat in rapidas ungues ceu prælia prædas
Turtur, nec pedibus campos circumuolat uncis,
Nec cristatus adest, nec fuso sanguine gaudet,
Sed per fructiferos fructum sibi querit at agros,
Contentusq; suo, quod sors dat, munere vivit.

Sit tibi ceu speculum dilecti TVRTVR amicj.

Turtur ubi primum mors inuida tollit amicū
Solutus in obscuris fundit sua murmura sylvis
Absentemq; gemit, gemebunda voce sodalem,
Venturumq; timet, sibi jungere, jungere nec vult,
Novit enim fuerat quæ mens absentis, amicj
Sed quæ venturi dubia sub mente reuoluit.

D

Sit

Sit tibi ceu speculum dilecti Turtur amicj.

*Turtur & effuso tollit quoq; sanguine morbos,
Et patitur vitam dubia pro sorte pacisci,
Mortuus & nomen quod vivus habere meretur.*

Sit tibi ceu speculum dilecti Turtur amicj.

*Dixerat, & vacuas rursus secessit in auras.
Excitior somno, calamo properante quod offert
Jam sese in folium charta depingo bibacis:
Cætera lectus habet, fugitivæq; somnia noctis.*

A B I E S



*Ane erat, & veniens croceis Aurora
capillis*

*Astra fugat, pictisq; polis Atlantis
alumna*

*Alcyone, Merope, nigris Electraq; ocellis,
Taygete, Sterope, Maja, & divina Celano
Excedunt Tauro comites, & lumina condunt,
Lumina luminibus, silvis dum solus Orion,
Insidiosa tuis, erras, & corde sub imo
Per lustrum, rabidum (sed frustra) pascis amorē:
Jamq; rotat quartum Latona filius orbem,
Sub signo Phaëton metuit quod adire caballis:*

Leuco-

Leucoris ut cara Phæbea sub Abietis umbra
Est audita loqui, miscere & verba susurro.

Leu. Albi pater, pater albi precor, tua vera propa-
Leucoris è placida si dicor Pace creata, (go
Pignora da gnata: non iam tua flumina regni,
Cœruleumne rotis currum qui mollibus intrat,
Nec, quo squamosam frenas pater alme cohortem,
Imperium, Nympha me numerata digna reposco.

En sibi de terra collegit quis Deorum
Pignora, quæ tangant summo vel vertice cœlum,
Vel pictis campo foliis, vel caule superbo
Ordine stant longo, vel odores stirpibus efflant.

Bis genitus, vini felixq; repertor, Iacchus
Vere sub herbifero foliis & vimine ficus
Ardentes cernit coniunctas cespite mensas,
Fumifero & gaudet verno sub tempore ficu,
Flexibiliq; hedera, si quando Sirius ardor
Frruit æstivo sub sidere, pocula coronat.

Viniferos reliquis innectit & arte racemos,
Sparsaq; Narcisso cernit sua limina templi.

Fraxinus armifero spargit sua brachia Marti,
Et fessum spoliis, oneratum & suspicit armis.
Æere cavo clypeos, hastas & sanguine tinctas,

D 2

Qui

Qui rubet & sparso gladium, fusoque cruore
Tollit, & umbrosis ingentia corpora ramis
Contegit, & quasso movet omni vimine ventos.
Ipse sed interea fessum Mars gramine corpus
Fundit, & armigeras suffulcit cespite palmas.

Ipse etiam tardo veniens Silenus a fello,
Auratum pascit mœsta sub fronde Cupressi
Sæpe pecus, solita dans & sua membra quieti,
Attrahit emisso sinuosos flamine ramos.

Qui gaudent silvis, lucus quibus una voluptas,
Quos pater altitonans (si vera est fama) bicornes
Custodes nemorum, silvarum & numina fecit,
Cornigeri Pinum Fauni modo ab omnibus unam
Elegere sibi, patula sub tegmine Pinus
Evulsos nudant curvato cortice ramos,
Carminibusque suis aptant, rancisque labellis:
Et modo, qua latitat latis Amaryllida silvis,
Sub Pinu resonant, sonitu nemus omne remugit.

Ipsa Venus Myrtum fovet, & viridantis in um
Sæpe novos puero nudo proponit amores, (bra
Impositas nervis tingitque favore sagittas,
Sub Myrto prædam pueri, violantis & arcus
Expectat, Myrti connectit frondibus auctis

Rure

Rure rosas positas, crines victoris & ornat.

Dicitur Aonia qui Duxq³, paterq³, cohortis,
Sub Lauro Daphnes jam iam quoq³, diligit artus,
Oscula qua Daphne fugit, fert oscula ligno,
Iamq³, comas cytharamq³, suam, pictamq³, pharetrã
Dilecta cingit, Daphnes sub nomine, Lauro.

Sola ego, sola Deos inter, sine munere vivo,
(Si dixisse licet sine numine nomina Divos)
Nec, qua dicatur mea, restat vilior arbor:
Nec mihi sunt propria, fessum qua corpus et umbra,
Si quando major, recreent, me comprimit æstus.
Non peregrina peto mihi munera, non, quibus Ida,
Vimina, pinifera valles montesq³, virescunt.
Et pater Albis habet sylvas lucosq³, patentes
Albidos è sylvis cari mihi munera posco.
En sub frondosa lateo nunc Abietis umbra,
Hæc pater, hæc, nostra sit, posco, dicata quieti,
Hæc mihi dispergat ramis frondentibus auras:
Arbor enim nostris curisq³, laboribus apta est,
Perpetuò frondens, & tempore nescia vinci.
Nec quos quasito profert sine fœnore fructus
Curo pater, fœnus mihi sit Constantia, ramus
Qui tempestatum furijs non frangitur ullis.

D 3

Ecce

Ecce sua Autumni turgentis tempore primo
Quæ modo fructiferi fuerat nova gloria campj
Arbor, agro medio, folijs nudata superbis,
Et velut annosus vertex sine crine relicta est.

Sed dum se primo monstrat ver nobile vultu,
Floribus è terra natis & gramina miscet,
Incipit & reliquus gravidas protrudere gemmas
Fronde carens truncus, nobis baccisq; tumescit.
Dumq; novis silva pingunt sua vimina formis.
Apta manet studiis, Abies folijsq; superbit.
Ignifera calidis æstatis & ignibus urit
Quando calor terram, flammisq; albescit arista,
Fons quando arescit, tellusq; calore dehiscit,
Arbore sub patula querit dum rusticus umbras,
Ægra trahitq; æstu fessus vix membra viator,
Apta manet studiis Abies folijsq; superbit.
Pleias Autumnno varios dum concitat imbres
Instabilesq; movet ventos, tumidasq; procellas,
Jamq; legit vitis nectar sua dona colonus,
Ferventj multas musto completq; lagenas,
Apta manet studiis Abies folijsq; superbit.
Seu glacialis hiems spargat nive culmina montis,
Ut tellus rigidis albescat operta pruinis,
Cæruleumq; rota propria vi flumen adaptet,

In

In duram vertat certantem marmore massam,
Armiferos currus ferat ut modo mobilis annis,
Albentes horti ramos tegat imbre nivali,
Obruat, & latitant tectis quæ semina sulcis,
Sub nive congesta, crebro sub frigore Brumæ
Apta manet studiis Abies foliisque superbit.
Hæc satis apta meis studiis, hæc carior arbor,
Hanc volo. Dum reliquæ volucres, veniente rubenti
Aurora, rauco fingunt tibi gutture carmen,
Abietis in ramo versus moduletur Acanthis,
Jamque tuas dulci laudes sub murmure fundet.
Insuper albentes ponam quoque tempore primo
Stirpe Rosas, Abies, certent quas protulit umbris
Ipsa Rosis: Venerem, si tempus & hora supersunt,
Inuit abo, meisque Rosas super addat ut herbis.
Hic pater hic viridi nectam de flore Coronam,
Depingam Sellas cæli bipatentis & herbis.

Annuat è fluvio tollens caput albis, & inter
Dicta suis rursus proprius sese occulit undis.
Ipsa patris gaudet iam munere Leucoris, albos
Iam linquit montes, viridisque sub Abietis umbra
Membra fovetque Rosasque serit, nectitque corollas.
Cætera quæ restant modulamine prodat Acanthis.

Chasma

CHASMA.

Rupturam cœli, molisq; tonantis
hiatus

Flammatos ignes, mixtū & cum san-
guine fumum

Ursa polo evomuit modò quem vicina supremo,
Quemq; joco quondam mea dedita Musa suavi
Iam cecinit, digitus calamo & properante notavit
Offero Iane tibi ut Venturi munera signent

Officij, nostriq; simul sint pignus amoris,

Vesper erat, Sol & cœlum properabat ad imum
Ut, qui restabant, quinos sub piscibus orbes
Perficiat, sequitur solares Hesperus ignes,
Gibbosa Phœbe facie radiisq; petitis
Sese infert cœlo, ventura nuncia noctis.

En redit ad cœnam sulcato cultor ab horto,

Pulmentoq; famem parco Cererisq; tenaci

Fonte sitim pellit, magna vi pocta ciboq;

Sub cute recludunt tenues fumante cavernas,

Atq; genas sudore lavant, ceu flumine, vestis

Undiq; pannoso jam sarta, madescit amictu.

Post cœnam rigido dat corpora fessa grabato,

Turgidior mixtos fundit de fauce Vapores

Venter

Venter, ebur penetrans ad summa cacumina vergit
Haliatus, et somnum per membra tumentia spargit.
At studiosa cohors, & turba dicata Camœnis,
Ne cibus ingenium, ne turgida pocula mentem
Impediant, ima at ventris sub parte residant,
Se movet, & repetit repetito tramite gressus,
Aut tangit docili vocales pollice nervos,
Aut canit aut reliquis præbet cantantibus aures:
Suavissonam si cui vocem natura negavit
Seria mixta iocis profert, mentemq; serenat.
En vicina polo calidam sub gurgite massam
Urfa quatit, fumosq; leves, variosq; vapores,
Quos sorbillando densa telluris ab aluo,
Eq; maris traxit, plena sub fauce revolvit.
Principio fumum vomit & sine flamine flammis
Et scintillantes tandem quoq; proijcit ignes,
Ingeminata furit fax atq; iterata cruori
Mixta novo (dirum spectanti) incendia spargit.
Non secus ac quondam, patrias dum currit ad artes,
Cacus Aventinae terrorq; pavorq; cohortis,
Alcida in fortem proflabat fulgura vultum.
Fit clamor, subito cœlumq; fragore remugit.
Ascensu superat proprii fastigia tecti
Phyllis, & è summa, metuens sibi, prospicit aula
E Vnd

Undiq̄, visendi studio Phœbea iuventus
Confluit, & causas queritq̄, omenq̄, futurum,
Phyllis at interea sopitum, voce, maritum
Excitat, & pressos digitis quatit ipsa capillos:
Tityre surge, fuga somnum, mi Tityre surge,
Ardet (ait) cœlum, polus & domus inclyta fumant:
Ecce ova, Phaëthon solis tenet alter habenis,
Espaciantur equi, rapiuntq̄, per avia currum.
Membra levat sensim turgescens Tityrus & jam
Sollicitis tenebras digitis explorat inanes,
(Clauferat altus enim languentia lumina somnus.)
Vestigatq̄, fores, laesus quas deniq̄, sensit,
Aspicit astantem, quæ causa & origo, cohortem
Queritat, an sparsis flammis sit & omen in istis.
Scinditur incertum sensa in contraria vulgus.
Rustica & indoctis miscetur opinio dictis,
Et sic quisq̄, domum redit. Ipse in mente revolvo,
Quid Deus, aut quidnam mater Natura sub istis
Ignitis mundo flaminis, minitetur in aura.
Mox strepitum excipio, sed ni! nisi flamina ventis
Sentio, nec quenquam video. Sic deniq̄, fatur
Quisquis erat, seu Calliope, sive una sororum.
Ignivomis partum est cui nobile nomen ab astris
Musa rogo causas memora, quo nomine laeso

Astra

Astra ruunt, ardetq; polus, vaga machina mundi
Interit, hæcne dies summa est mortalibus ægris?

Ille sed hæc tandem demissa voce locuta est.

Alma soror, primus perijt ceu flumine mundus

Cuncta & vatali revoluta per æquora cursu:

Sic rutilus flammis atq; ignibus ultimus orbis

Flagrabit, multò crebroq; peribit in æstu.

Hæc fore ne dubites, & tempus adesse, sub axe

Supremoq; polo Iova edaces excitat ignes.

Sed prius in toto, Furia fera bella minaces,

Dum quatient flammæ ardentes, orbe movebunt,

Fraude, dolo, gladio res decernetur & armis:

Ex raptò vivetur, erit nec ab hospite tutus.

Hospes, nec fratri frater, gnatusve parenti

Uxori, non jam coniunx, genitor nec alumno

Parcet, & exitio fuerit fera filia matri,

Insidias vitæ struet impia conjugis uxor,

Nempe odiis versare domos & lumina cernes,

Littora littoribus contraria, fontibus amnes

Arma armis, (si sint) pugnare ipsosq; nepotes.

Arscet nimio tellus exhausta calore,

Sanguine mixtus erit fluvius, fusosq; cruore,

Atq; aër sparget moritura per ora venenum,

Ignis edax mundi partes consumet & æstu.

E 2

Atta-

*Attamen & signo iustis latet omen in isto,
Audentesq; facit: nam Christi sanguine partam
Purpureo vitam pingitq; docetq; colore.
Dixerat & vacuas cum voce recessit in auras.*

*Hec igitur tibi Iane mei ceu pignus amoris
Offero, nam patrias properas dum saluus ad oras,
Commissumq; tibi Christi dum pascis ovile,
Quæ dicenda Bonis, quæ Prævis inde videbis,
Inde potes memor esse scholæ, memor esse sodalis
Inq; sacro memor esse loco qui lusit ad Albim
Hæc tibi Zuck-vuolffi, Venamq; optare canenti,
Ut melior tandem reddatur & illa canendo.*

PALMA.



*Purpureis Phæbus cingit dum tempora
vittis,
Vertendum offert crepitante Volumi-
ne librum,*

*Innectit digitis atq; auri tortilis orbem:
O mihi Thesea mente, ò mihi pectore SCHAVBI
Junctæ, tui voluit nuper quam Phæbus honoris
Participem, mea MVSA tibiq; tuisq; Corollis
Dona parat. Palmam, multis è millibus una*

De-

Depingit studium, quæ indefessumq; laborem,
Et studij fructum, dives scænusq; laborum
Offero, perpetui monumentum & pignus amoris.
Euryali Nisus non sic caput (heu licuit non)
Ornavit, sed (quod licuit) morientis in vlnis
Quassatum vultum, & concretos sanguine crines,
Sanguine & ipse suo fusosq; cruore replevit:
Et sic quisq; sui non exoptanda laboris
Dona tulit: Sed Trina favent modo Nomina nobis
Et castris dignum munus donumq; quietis
Distribuant, donisq; novas sub pectore flammæ
Exagitant: Flamma hæc brevis ut succrescat in ignes.
His ego ponderibus Palmam, quæ nescia vinci
EVRYALO Nisus, fatis melioribus addo,
Coniungens laudes, quos Musa sub Albidos unda
Rettulit erranti, quas & pater Albis adauxit.
Nuper ut excelsi Parnassi ad culmina montis
Sola vagor, viridemq; hortum, fontisq; susurrum
Conspicio, positas et longo ex ordine stirpes.
Hic sese Laurus patulas diffundit in auras:
Parte alia FAGV S, parte hæc ascendit in altum
Fraxinus, & quatiens crepitantia brachia Quercus
Scilicet in toto monstrabat monte racemos
Arbor, & è gravido trudebat cortice gemmas.

E 3

Natu-

Natura mirabar opus, mirabar & ipsum
Natura cursum, servat qui lege parentem.
Singula dum lustro & miror, (mirabile dictu)
In medio montis se vertice collis opaci
Offert, & medio sub colle feracior arbor,
Cæruleus circum fons, qui sine sorde, latentes
Radices succo vitreis recreabat & undis.
Assidet ad stirpem turba haud numeranda virentē,
Et manibus frondes tractat, ramosq;prehendit.
Ipsa ego, (quæ primò sese monstrabat) opacæ
Tegmine sub lauri me condo ut singula cernam.
Terribili squalore Labor, cui plurima mento
Canities incultæ jacet, qui languida curis
Vix sua membra trahit, servatq; sub osse medullam,
Saxa rotat, vix terga boum quæ dura duorum
Sustentare queant, ramisq; innectit opacis
Surgentes contrà & conatur frangere frondes.
Pondere dum cernit stirpem non posse morari,
Cortice sub fragili, nec sic prohibere meatus
Per quos ad ramos properant de fonte liquores:
Ipse suos reliquis addit sine viribus artus,
Et frustra dependet onus sub vimine PALMÆ.
Parte fames alia malesuada, & turpis Egestas,
Sordidus ex humeris cui dependebat amictus,
Pal-

Pallidior vultus, macie confecta suprema
Forma, cutis sine carne tegebat & ossa, nec ullus
In facie cultus, non sic, quos impius angit
Sæpe furor furia, non conspiciuntur in orco.
Hæc quoq̄, quos morbi licuit læsisse capillos
Imponit Palma, trunci jam parte sub ima
Flebile pendet onus, quæ vix iam stipite corpus,
Dirigit, en Palmam tentatq̄ cupitq̄ morari.

Sed medio sub colle superba Superbia gressus
Metitur, formamq̄ suam faciemq̄ recenti
Depictam fucō, speculo probat, undiq̄ multo.
Resplendet, radiosq̄ novos dispergit ab auro:
Non modo crescentem divexat pondere Palmam,
Saxa rotans, lapidesq̄ movens, & dura volutans
Robora, sed varijs conspergit sordibus omnem
Arboris effigiem, formam, fructumq̄ virentem,
Expugnans, turbare cupit quoq̄ flumina fontis,
Fluminibus miscens virus, dirumq̄ venenum.

Hic Morbi, Curæ, Bella, Discordia, Luctus
Atq̄ aliæ multæ, quas forma obscura recondit
Terribiles visu formæ posuere cubile.

Dixit & ad montem Phæbo, Musisq̄ dicatur
Secessit, flumen, campos, urbesq̄ reliquit.

At

At tibi quam cecinit de Palma vimine Ramum
Offero de studijs, nam te nec cura, nec angor,
Nec (quam tu nummis depellis) turpis Egestas
Turgida, nec doctis inimica superbia Musis
Retraxere, tuis nec jam conatibus obsunt.
Sed Phæbo testante sacra jam Victor in arce,
Quem Phæbus tribuit, fruëris ditatus honore:
Qui tibi, qui senio, magnis utriq; parenti
Floreat, & quondam numeres quem sæpe nepoti,
Et mihi, non violanda fides, animusq; probatus
Quem junxit. Precibus rogo sit modo pondus in istis.

F I N I S.



1534 04


AB 153404


ULB Halle 3
002 671 190



SR







8.
I A C O B I
Z V C K W O L F I I
S E C V N D I
H E I L B R O N
N E N S I S .

H O R T V L V S P R I M V S .



V I T E B E R G A E
Typis Antonij Schön.

A N N O
M . D . L X X X I I .